

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fides siue fidelitas ad  
cum fonte primo

Quam magna magorum fides est, non dicentes:  
si magnus est puer hic,

que necessitas fuge est et occulte recessionis?

Hoc enim est uere fidei  
non querere causas eorum que uere precipiuntur,  
sed suaderi solum ab eis.

Crisostomus super Mattheum capitulo II.

Et nimirum  
si magnus est puer hic  
et habet quandam uirtutem,  
quae necessitas fugae est et occultae recessionis.  
Et cur nos qui manifeste uenimus,  
et audacter ante tantam plebem,  
et regis insaniam stetimus,  
ut miseros et fugaces emittit angelus a ciuitate?  
Sed nichil horum neque dixerunt  
neque excogitauerunt.  
Hoc enim est fidei,  
non querere noxias eorum quae precipiuntur,  
sed suaderi solum ab his  
quae iniunguntur.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Burgundio*, 8 (Biblioteca apostolica Vaticana, MS Vat. lat. 383, fol.25va, ll.1-11).